

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacrosancti Nominis Iesv Cyltys Et Miracyla

Stengel, Carl Augustae Vindelicorum, 1613

In nomine lesv signa, virtutes & miracula fieri. Cap. 9.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49813

tes, & mortuos rog mur, prompte facimus: quod fi dilectio Abrahæ, Iacob, Isaac, Dauid, etiam mortuorum, potens erat ratio impetrandi, multò magis efficax erit apud Deum eximia dilectio, qua fuum vnicum diligit filium. Alterum est sustitiaiphus Christi, & meritum: morre enim, & passione sua nostram obtinuit redemptionem, pro omniumque culpis abundantissime fatisfecit, & omnium, quæ à Patre impetranda & petenda erant, soluit pretium. Qui igitur Deum orat, & non virtute propria nititur, nec iusticiam propriam impetrindi caulam & titulum Deo proponit, led virtute, iustitiam, meritum sati factionem Christi vnigeniti filijlui, iste in nomine Christi, & quidem efficaciter petit Et hoc est, quod Dominus suis mandauit, nouum iam facum a vereri diftinctum infinuans: illi enim anriqui propter Abraham, Ilaac, & Iacob, orabant Deum, & impetrare sperabant, quæ petebant, eratque Deo illorum grata oratio: at fublimior status noster est, quado propter vnigenitum filium Dei, mediatorem nostrum, in cælis regnantem petimus & oramus.



IN NOMINE IESV SIGNA, VIRTVTES ET MIRACVLA FIERI.

CAPVT IX.



æ

AGNA prætered miracula, & mirabiles effectus, huius sanctissimi Nomins virtute perpetrata sunt in Ecclesia Christi, multo plura & maiora, quam in alterius diuini no-

Virtute nominis I E s v fiût miracula.

minis

Act. 4.

minis inuocatione. Hoc infinuaffe videntur Apostoli, ın Cænaculo congregati propter metum Iudæorum, vbi orantes, & affectuosissimè desiderantes glorificatione, & exaltationem sancti nominis lesv dicebant. Et nunc da seruis tuis, cum omni fiducia loqui verbum tuium, in eo quod manum tuam extendas ad sanitates, & signa, & prodigia fieri, per nomen sanctum filiitui IESV. Multa quidem, & magna signa, & sanitates, atque prodigia fecerat Deus antiquis temporibus, quando fanitati re-Itituit Mariam sororem Moysi, Ezechiam Regem, & Naa-4. Reg 20. man Syrum, quando divisit mare rubrum in divisiones; Esai 38. traduxit Israel per medium eius, quando lordanis impe-4. Reg. o. tum convertit retrorfum, quando manna pluit filis Ifrael Exod. 14. in solitudine, quando per manus Helia & Helisai mortuos suscitauit, quando per manus Moysi misit signas & prodi-Exod. 16. giain medio Ægypti; sed nouissimre in diebus istis, quan-3. Reg. 17. do misit filium suum natum ex Virgine pro redemptio-4. Reg.4. ne humani generis, multò magis extendit omnipoten-Exod. 7.8. tem manum suam ad facienda signa, & prodigia noua, atque hactenus inaudita, per inuocationem, & virtutem huius sanctissimi nominis I E S V: in quo nomine, Marc. 16. ficut constat ex Euangelio, euciuntur demonia, fugantur serpentes, Genenamortifera Sim nocendi perdunt, & amittunt, sanantur morbi omnes, peccata remittuntur, iustificantur animæ, & salutem æternam confequun-Actor. 4. tur, Neque enim aliud nomen est sub calo datum hominibus (vt S. Petrus dixit) in quo oporteat nos faluos fiert, Quorun-nisi in nomine Domini IESV. Vnde sicut aliqui sandam PP. | ctorum Patrum affirmant, vniuerla miracula, quæ in sententia Ecclesia Christi fiunt omnia inuocatione, & virtute nominis IESV fiunt. Semper IESVS nominatur, ait Chrysostomus, quando à sanctis viris miracula fiunt.

Profectò nomen IESV, omnipotentiam quandam

habet, ita, vt eius virtute omnia mirabilia fieri possint, Omnipotens nomen eius, vt dicitur in Cantico sororis

& apud

Exod. 15. Moyfi. Et quemadmodum Deus ipse om nipotens est,

2. Oc.

Hebr. 9.

de miraculis. chryf. hom. 5.

in Marc.

& apud quem non est impossibile omne verbum, ita etiam nomen sanctum eius, quod est nomen I Es v, omnipotens est ad omnia mirabilia perpetranda, quæ necelle sit sieri, ad salutem corporis & anima, totius humani generis. Quod etiam infinuafle videtur beatistima Virgo Maria in illo sub mirabili cantico, inquiens : Fecit mihi magna, qui potens est, & sanctum potens. nomen eius. Deus enim omnipotens, magna & mirabilia operatus est in Virgine, tam in Incarnatione, quam Natiuitate Christi: sed omnia illa operatum est, & fanctum nomen I E s v, quod æqualem virtutem, atque omnipotentiam habet. Atque adeò restat, vt dicamus cum Esaia Propheta : Confitemini Domino, & Hai. 12. inuocate nomen eius, notas facite in populis adinuentiones eius: mementote, quoniam excelsum est nomen eius. Excelsum plane, & eleuatum supra omnia diuina nomina in maiestate, & gloria, in suauitate & dulcedine, in virtute fignorum & prodigiorum. Est enim Nomen vere! Phil. 2. super omne nomen, hoc superexcelsum nomen IESV Christi Domini Dei nostri. Sed iam exempla quædam proferamus: De S. Euphrasia Christi Virgine memoriæ proditum accepimus, quod cum post quadraginta quinque dierum sub dio stationem, debilitata in terram instar mortuæ corruisset. Abbatissa cibum illi offerens dixerit: Filia mea Euphrasia, sume hanc escam in nomine Domini mei IESV CHRISTI. Quod eum illa fecisset, vires receperit. S. Theodorus Siceorum Archimandrita plura miracula diuini Nominis inuocatione perpetrauit, quorum aliqua hic referam; Sur. 2011. Puer, qui nullo modo poterat ambulare, à matre oblatus est sancto Theodoro: qui pro illo Deum obsecrans, parumper ab illa discessit, & aduocauit eum, dicens: Venipuer adme IN NOMINE DOMINI. Puer autem, relictà matre, statim ad virum sanctum accessit. Et reddidit eum matri sanum, laudanti Deum. Eidem viro sancto iter agenti, ciues quidam supplices occur-

nipotens licuti iple

Sur tom.

rerunt,

Irem mu-

Item pa-

ralytica.

Febris pellicur.

Puer moribundus incolumis redditur.

rerunt, obsecrantes, vt in oppidum suum ingrederetur. Erat illie adolescens oris titubantia propè mutus & elinguis. Ingressus autem vir beatus in oppidum, iuslit, vt se in Ecclesiam sequeretur : & cum divina mysteria distribuisset, præcepit, vt adolescens accederet : & pro illo precatus Deum os illi aperuit, & ter insufflauit: cumque illum signo crucis obsignasset, sanctum Christi corpus impertiuit : In nomine, inquiens, Domini IESV CHRISTI loquere: & Dei gratia statim locutus est, dicens, Amen. Ad eundem lanctum virum quidam mulierem paralyticam iumento impofitam adduxerunt: qui iussit, vt illam in monasterio deponerent. Biduoque post ad monasterium profectus, & in Archangeli templum ingressus, iustit, vt ad se mulier adduceretur, manufque fuas ad gradus cancellum extenderet. Et diu pro ipla precatus, accepit oleum lucernæ semper ardentis, & paralyticæ frontem vnxit, & manus ac pedes : In nomine, inquiens, Domini nostri IESV CHRISTI, morbos omnes expellentus, conualesce, & domum tuam lata revertere. Et statim sponte fua deambulauit, laudans Deum. Quidam fabro: um præfectus contra mandatum c rnem comedens, in febrim incidit, iacebatq; femimortuus : & de vita ill us nullaiam erat spes. Quemidem B. Theodorus morbo liberaturus, eiulmodi compellauit verbis : Surge in nomine Domini nostre IESV CHRISTI, & opus perfice, & deinceps mandatis obtempera. Precante igitur fancto viro, & manus fuas super ægrotum imponete, statim conualuit: & eadem die turgens, capit reliquum opus absoluere. Idem domum quandam ingressus, videns puerum patrisfamilias moriente, Christum Deum nostrum mortisque Dominum, obsecrauit, vt animam in ipfo retineret, eumque parentibus viuum & incolumem largiretur. Et cum obsecrandi finem tecisset, adspexit puerum, & allocutus est. Atille oculos aperuit, & intendit eos: sed respondere non potuit,

quo-

r.

e-

E,

1a

ro

: 3

1-

21

0-

1-

1-

e-

1-

n

28

4-

CC

m

2.

15

r-

2

463

1-

ē-

1-

n

2-

quonia lingua eius erat impedita. Rurlum igitur caput inclinans Dei seruus Dominum precabatur, vt integram puero sanitatem daret: & facto precandi fine, allocutus est puerum: Comita, inquiens adspice, & dic, quomodo te habes, & patri tuo responde, ne propter te dolore afficiatur. Aperiens igitur oculos iterum puer, & eosintendens, respondit ad interrogata. Tunc signans illi frontem, & manus, & pedes, dextera illum apprehendit: In nomine, inquiens, Domini I ES V CHRISTI, qui Centurionis morientem puerum suscitauit, surge & sta sanus: idem enim tibi quoq vitam nunc elargitur. Iuslit autem, vt illi daretur cibus, & comedit.

Idem paralyticam sanaturus, sic orauit : Deus sanita- Paralytitum elargitor, & agrotantium medice, qui paralyticum cu- ca curarasti, medere & huic ancilla tud, & ab eaparalysim extur. pelle, &t sana discedat ad gloriam & laudem sancti NO-MINIS tui. Et signans illam excitauit, oleoque inunxit: statimque cæpit deambulare, Deum laudans, & diuinorum Christi mysteriorum particeps effecta, dilcellit incolumis, atque omnibus miraculum nuncia-Quidam paterfamilias ex oppido Allectoria, ferum bouem habuit, qui iugum detrectabat. Duxit Fero bos igitur illum ad monasterium, & rogauit beatum Theo-mansuedorum, vt signo Crucis bouem obsignaret, quô feritatem deponeret. Et cum vir sanctus ad eum venisset, bos huc illuc caput mouens anhelabat: cuius ille cornua comprehendens, precatus est Deum, vt bos, feritate depolita maniuelceret. Et lignans eum, dixit : Fracipio tibi in CHRISTI NOMINE, St ab ira desistas tua, & subeas ingum in mansuetudine, quam tibi Deus tribuit, & domino tuo pareas. Cum hæc dixislet vir sanctus, bos statim iram feritatemque deposuit: & cum inde estet abductus collum iugo facile subiecit.

Cum aliquando prædictus S. Theodorus ad pontem, Aliud miqui Tantaendia dicitur, peruenisset, Phentinus qui-raculum.

dam

dam caupo obuiam illi-misit, qui eum rogarent, vrin hospirium suum ingredi veller, tibique benedictionem relinquere. lacebat enim semimortuus multo iam tempore, & facies eius post tergum erat distoria. Ad eum igitur S. Theodorus ingressus, caussam quæsiuit, quamobrem id ei contigisset. Cui ille respondens: Cum estem, inquit, dextra diversoriu, venit canis quida niger, & coram me hiauit: quamobrem ego quoq; inuitus idem feci. Cumque iple statim euanuislet, ego in febren incidi, faciemque distorsi. Verum si tu, serue Dei, aliquid potes, adiuua me. Nam cum & greges armentaq; mea interirent, podeaquam tu pro me preces fudisti, ne vnum quidem animal perijt. Hæc ille cum dixisset, pro ipso precatus Deum beatus vir, ter in eius faciem infufflauit: & aquæ benedicens, dedit eit Accepe, inquiens, & hac te aqua consperge. Quod enim Sidifti, damonium erat. Sed in CHRISTI NO MI-NE, cum reuertemur à precatione, te sanum & incolumem inueniemus.

Paralyticus fanatur.

Idem paralyticum curaturus, cum benedixisset oleo, faciem eius, & manus, & pedes, & reliqua omnia corporis eius membra dissoluta inunxit, & sic eum allocutus est: Tibi dico, adolescens in nomine Domini nostri 1 E-SV CHRISTI surge. & sta sanus, ne propter te pater tuus doleat. Cumque ille caput sustulisset, manum ei vir sanctissimus porrexit, & excitauit: precibusque super ipsum adhibitis, sanum patri reddidit.

Surius tom. 4. Impedita lingua fanatur.

Vir quidam adeò impedita erat lingua è nimia corporis inualetudine, vt verba nulla posset proferre. Is ad virum Dei S. Dissibodum ex longinqua regione veniens nutibus & manuum indicijs, prout potuit, lachrymabundus eum orabat, vt apud Deum suis precibus tanto incommodo remedium impetraret. Tum vir pius pro illo orans, & gratiam Dei sibi adesse sentiens, Dominici exempli recordatus, in os hominis insufflauit dicens: In NOMINE illim, qui dixit olimmuto, Ephera, &

Marc. 7.

ille

Eg ter-

ille loqui capit, tibi pracipio Sinculum infirmitatis, quod hominis huius linguam eneruafti, ot dissoluaris, nec deinreps, quo minus loqui possit, sollum es prestes impedimentum. Dixit, & mox lingua illo nexu expedita, articulatè humanas depromsit voces, gratiasque egit Deo, & beato Dilibodo.

Mura sunt, quæ S. Gregorius Turonensis refert, lib. Aliud inde Vita Patrum cap. 10. Quodam enim die cum, reliquis signe miin segete culmos incidentibus, manipulos colligaret B. raculum. Friardus, examen mirabilium arque sæuarum muscarum, quas vulgo velpas vocant, reperiunt. Cumque acerrine messores emissis aculeis lacerarent; vhdique circumeuntes messem, locum illum, in quo hæ adunatæ erant, transiliunt, arque irridendo B. Friardum alloquantur dolose, dicentes : Veniat benedictus, veniat religiosus, qui orare non desinit, qui Crucem auribus & oculis semper imponit, qui vijs itineris sui salutaria vexilla præmittit : ipse metat super examen, ipse illud lua oratione mitelcat. Tunc quali ad confusionem Dominicæ virturis hæc verba suscipiens, prouolurus terræ, orationem fudit ad Dominum: & accedens, facto desuper signo Crucis, ait : Adiutorium nostrum in NOMINE DOMINI, qui fecit calum & terram: Ad hanc eius orationem confestim omnes vespæ se intta antrum, vndè egressæ fuerant, abdiderunt. Ille verò spectaculum omnium factus, mellem statini illæsus collegit. Quod non sine miraculo irridentibus fuit, eo quod Dominus in se sperantem, ad confusionem eorum sic dignatus fuerit roborare. Denique post hæc cum in arborem pro quadam necessitate ascendisset, subitò, colliso sub pedibus ramo, ruere capit, cadensq; deorsum per singulos, quos percutiebat ramos, CHRIs TI beatissimum Nome n inuocabat dicens: Chri-STE omnipotens saluame. Cumque peruenisset ad terram, nihil est læsus, sed aiebat semper : Adiutorium nostrumin NOMINE DOMINI, qui fecit calum

HI

em

am

Ad

lit,

15:

da

111in

ue

ges

re-

He

in

215

tro

I-

14-

20,

)I-

cu-

E.

ter

ı ci

Sti-

or-

ad

ns

12-

ote

oro

101

IS:

Mira virtus crucis Chrifti, &inuocationiseius NomI-NIS,

& terram. His & alijs virtutibus animatus capit intrà secreta cordis tacitus cogitare, dicens : Si Crux CHRISTI, & inuocatio Nominis eius, atque adiutorium postulatum ab eo, tantam potentiam habet, vt aspera quæque mundi deuincat, periculosa obruat, tentationum atra depellat, & omnia, quæ funt seculi huius, oblectamenta pro nihilo reputet ac fastidiat : quid mihi & mundo, nisi vt relictis omnibus, quæ eius sunt, in illius vacare solius debeam obsequiis, cuius Nomi-NIS inuocatione à periculis sum saluatus iniquis? Et egressus ab hospitiolo suo, oblitus parentes, & patriam, eremum petijt, ne in seculo habitanti impedimentum aliquod in oratione mundi solicitudo conferrer.

Sur. tom. raculum.

Sur. to. 6. Rurfum

aliud.

Iterum aliud.

Raslana sanctimonialis sedens quandoque ad men-5.15. Oct. sam S. Hedunigis, & os piscis incaute admittens, nec glutire potuit, nec reijcere. Sentiens sibi imminere periculum, surgit à mensa, conatur prouocare vomitu, vt velsic extrudatur os gutturi assixum. Nihil se esticere videns, redit fidenter ad Heduuigem adhuc mensæ assidentem, indicat quid patiatur. Compatiturilla, benè precaturei In Nomine Domini, moxque figno Crucis edito, Raslana expuit os cruentatum, & mortisse discrimen euasisse lætatur. S. Gregorius Agrigentinus Episcopus puellam diuturno morbo oppresiam (vipote, quæ nouem annis mouere se nun quam omninò potuerat) sanaturus, positis genibus orauit, dicens : Domine IESV CHRISTE Dem noster, ne (quaso) auertas oculos aprecibus serui tui, meg hodie humilem exaudi, at que hanc puellam, gratia ac potentia tui sancti spiritus erigens muise. His dictis surrexit, ac signo Crucis puellam obsignans : In nomine IE-SV CHRISTI, (ait) exurge, & sta super pedes tuos. Et puella protinus sana surrexit. Eidem cum alıquando monachus furdus & mutus obuiam venisset, ipse vehementer suspirans, commiserationis lachrymas profudit, manusque in calum attollens, Domine 1E-

SV CHRISTE (inquit) Deus noster, cali terrage creator, qui leprosos coram diuina presentia tua sanasti, surdas aures aperuisti, mutos lingua restituisti, ipse hunc seruum tuum incredibili tua potentia sana, vt NO MEN TVV M sanctum laudibus perpetuò celebret. Sic dixit, &apprehensum monachum confestim erexit, ac in NO-MINE IESV CHRISTI, (ait) qui demoni surdo Mar. 9. acmuto, st proprio figmento egrederetur, imperauit, perfete & loquere & audi, Deumá, conditorem tuum lauda. Nec dum loqui desierat, cum quod petebat effectu est. Nam cui antea lingua vincta, & auditus vitiatus fuerat, clamare capit, Magna sunt CHRISTE opera tua, qua per hunc virum iustum edidisti.

Illustre miraculum narrat Theodoricus Abbas S. Trudonis in vita S. Rumoldi Archiepiscopi & martyris, hilce verbis : Quadam dierum Libertus puer , cum coaus ludos in aluei littore dum meditatur, dumo, nimium benè ripa credit, periculum inÿt: elapsus submergium facit. Tristi fremitu totum statim littus concutitur : & proiectis que mergentem extrahant, omnis natantium conatus deficit: Captina preda coram oculis abducitur, & absorpta cameratu undis includitur. Rumoldus interim aberat, rumor Voque ad parentes intonat, & nihil minus suspicantes irremediabili Sulnere transuerberat. Appensus prasens dolor cum priori latitia praponderat: Es quo olim latiores de recens nato filio, eo nunc tristiores de mortus submergio. Nihil enim fine dolore amittitur, nifi quod fine gaudio posidetur. Quid agerent, quo se verterent, quid consilie caperent non habebant. Sola hec spes: St'quo prophetante non habitum acceperant, eo orante amissum recipiant. Euocatus homo Det de tristi luctu, & ipse totus concutitur, nec minus quam ipsi genitores super spirituali suo filio compugitur : consolatus q, alios, qui seip sum vix consolari poterat, littus adit, locum notat : & celebri oratione terq, quaterq IESV M inclamat. Circumstat tristis conventus:prestolatur finem euentus. Mirum dictu, vix dum ab oratione

D 3

fur-

in-

TUX

to-

ta-

eh-

hu-

uid

mt,

MI-

Et

am,

um

en-

nec

ere

itű,

effi-

en-

Ila,

que

A-

op-

un

5 0-

em

neg

: po-

rre-

IE-

205.

ali-

flet,

mas

1 E-V

Dan. 1.

surrexerat, resectis oculis prope astantem puerum astectati non dissono tamen a trium Babylonicorum puerorum miraculo. Nam sicut illi caminum triumphauerunt absque ignis ardore: ita & hic in contrario elemento supergressus est aquas absque aquarum humore. IESV bone, quid illud mira uli, quid illud fuit gaudii? Vi nunc mors victoria tua? Obi nune mors stimulus tutis? Ecce non solum noster Christus, sed & qui sunt Christi, in NOMINE

EIVS tibi imperant: tu obaudis, ipsi spoliant.

Sur. 20. 7. Aqua in vinum conuertitur.

S. Bononius Abbas, vt corpus fuum cum vitiis & concupiscentijs crucifigeret, ab ipsa adolescentia a carne, adipe, ouis atque caseo, sed & a vini vsu abstinebat, niss quòd valdè modico vteretur propter stomachi euersionem, quibus diebus Eucharistiam accipiebat. In quo more cum etiam in solenni Paschæ festo perseuerare vellet, miraculo non est a superna clementia hoc facere permissus. Quippe celebratis rite diuini officij mysterijs, cum minister pro more ad mensam duo illi pocula attulisset, quorum alterum vinum alterum a quam contineret, & illud, in quo aqua erat, post impressum Crucis signum ori admouisset, eam vinum factum reperit. Et minister gustare iuslus sic reuera este cognouit, acadmiratus est, cum aquam se fudisse certus ellet. Sed iusus effuso prius vino aqua iterum repleuit. Quæ itidem postquam eam ori admouisset, post imploratum Dei Nomen & Crucis signum impressum optimi vini suporem retulit. Obiurgare ergo ministrum, qui fibi illudere cogitaret : ille verò Deum testem vocare, suis manibus aquam haustam esse. Cum verò tertiò etiam hoc sic euenisset, diuinam virtutem atque operationem agnoscens, eiusque erga se miseratione hoc ita sieri colligens, eius numen celebrauit, & gratias retulit. Sed fauorem popularem modestè declinans, ministro, qui folus erat conscius, efferre hoc & palam facere vetuit.

Sur. to. 1

Cum vir sandus Barbarianus presbyrer deductus ad

Theo-

Theodoram primariam mulierem, refractario sangui-Fluxus nis fluxu ad desperationem laborantem, in qua expres fanguinis sa mortis effigies videbatur, eam intues d'xisset: CHRIs r v s qui hoc morbi genere laborantem liberauit mulierem, te sanet: quamobrem eius No Mine tibi prædico, surge & ambula: Theodora ad sanitatem statim reducta eft.

Atqui, vt multa paucis concludam : Continet in- Vide Louocatio nominis I E s v hæc omnia; Imperium, meri-rinum in ta, auctoritatem, virtutem, fiue potestatem, sed hanc Ad.c. 19. maxime, quam credit, animoque concipit, qui id No-MEN vocepromit. Voluit DEVS, CHRISTIPOtius, quam PATRIS, aut SPIRITYS Sancti nomine, Dæmonibus imperari discessium, quia illius in primis comprobanda Dininitas erat, & confirmanda doctrina, & omnes intelligere oportebat, Dæmones cum suo Principe, quos adhuc coluerant, a CHRISTO ipso deuictos, eiectos, attritos elle. Quæ causa est, cur I E S V nomen præ alijs, quæ non infructuose in exorcismis ponuntur, adhibeatur. Est enim maxime proprium, &

tra hos etiam casus libentius editur. Eat nune ille nescio quis à Poeta in sua Metamorpholeos lib. 1. laudatus, qui

diumitus impositum, (Luc. 1.) & in triumphali titulo inscriptu (Ioan.19.) & cui omne genu flecti debet. (Phil. 2.) & cum ipse Issvs hanc ad rem illud vsurpari præcepit, tum in Enangelica historia pronunciai unt fideles, ae infideles; & omnibus infita consuetudine non aliud ad lubitos aduerlos casus in os nomen incurrit; aut ex-

---- dum fuit integer aus Terruerat magnas ipso quoque nomine gentes. I Es v s enim noster æui semper integerrimus:

Semper & infernas perterret nomine gentes. Eat & Alexander Magnus qui ægrotanti, vt refert Plutarchus, Pyrrho, suo se alfaturum opem nomine promisst. Nugæ istæ sunt. Solum I sv nomen verè

das-

56

CAPVT X.

αλεξίκακον est. in eo vno vera corporis, animiq; morborum continetur medicina.



PROPTER SACROSANCTVM
Nomen I es v SS. A postoli Et
Martyres inuidia tam apud Iudaos quam
gentiles sustinuerunt, plurimatormenta sunt passi, acmortem
denique ipsam subierunt.

CAPVT X.

Nomen
I E S v, inuidio fum
nomen
infidelibus.

Matth.10.

Acrosanctum nomen I e s v, quod Apostolis potissimè commendatum est prædicandum, atque exaltandum super omnia alia Dei nomina, factum est nomen inuidiosum, & odiosum, tàm Iudæis, quàm Tyrannis. Propterea enim persequebantur Iudæi Apostolos, & Tyrani martyres, quia prædicabant, & exaltabant nomen I esv, quod ipsis erat abominabile, & execrabile. Sic enim prædixit Christus Apostolis apud Matthæum. Eritis odio omnibus hominibus propter NOMEN meum. Et Paulus in Actis Apostolorum loquens de seipso, quando erat Saulus persequutor Ecclesiæ dicit: Igo quidem existimaueram, aduersum nomen IESV debere me multa contraria agere, quod Esci Hierosolymis, Esc. Ideò enim persequebatur sideles, & in vincula conijciebat, quoniam inuocabant, atque ad-

ora-